

*nomine multi in scripturis commendantur.*

20. *Apologia recte dicit Carolstadium insanisse, qui nobis imposuerit leges iudiciales Moysis, quem imitantur Herbornenses Calvinistæ, qui supplicia pertinaciter volūt constitui iuxta leges Mosaicas politicas.*

---

### ARTICULUS XVII. DE EXTREMO JUDICIO.

1. *Articulus xvii. in thesi & antithesi agit de extremo iudicio.*

2. *Docet igitur thesis, quod Christus apparebit in consummatione, mundi ad judicandum, & mortuos omnes suscitabit, piis & electis dabit vitam æternam, & perpetua gaudia, impios autem homines ac diabolos condemnabit, ut sine fine crucientur.*

3. *De hoc fidei articulo in Ecclesia non est controversia.*

4. *Cum consummationis mundi mentio sit, queri solet, an mundus interitus sit secundum substantiam, an vero tantum secundum accidentia & qualitates, atq; ita innovandus? Resp. Quamvis questio hæc intramq; partem probabiliter disputari queat,*

nos